

ORATIO.

Continens

PRÆCIPUA ET MAXIME MEMORABILIA BENEFICIA, à DEO TER OPTIMO MAXIMO, sub crepusculum senescentis, & languidi mundi, Charissimæ Patriæ nostræ GERMANIÆ, per orationem & singulare suum organum
Doctorem MARTINUM LUTHERUM

ISLEBIENSEM, praestitæ.

SCHOLASTICÆ IUVENTUTI, QVÆ ANNO GRATIÆ M D C XVII. IN IMPERIALI

Nordlinga collecta fuit, scripta, recitata, & in longissi-

mam Rei memoriam Dono data.

MELCHIORE FABRITIO,
senè suprà septuagenario, Ecclesiæ ibidē

Ministro emerito, & rude donato, Consistoriali
autem adhuc, & Scholæ Inspectore Assi-
duo & indefesso.

TOBLÆ XII. CAP.

ΜΟΥΣΙΕΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΑΛΛΩΝ ΧΡΥΨΑ, ΤΑ ΔΕ ΕΓΓΡΑΦΑ
ΓΕΩΓ ΑΒΡΑΑΛΥΤΙΚΗΝ ΣΥΔΟΞΩΝ &c.

NORIMBERGÆ,
Typis Abrahami Wagenmanni.

M D C XIX.

In Eximum, Sanctissimæ, & excellentissimæ memoriae, V I R U M, D O M I N U M Doctorem
M A R T I N U M L U T H E R U M, Evangelij Iesu C H R I-
S T I reparatorem & restauratorem divinum
& miraculosum..

E P I G R A M M A.

F O r t i t e r A L C I D E s vicit quedam horrida monstra
Vnde sibi obvenit gloria, laus & honor.
L U T H E R U S vicit plusquam centum horrida monstra,
A U S O N I I quando contudit asta Caci.
S excentos etenim errores de sede fugavit
Sancta aedis, miles per sacra verba potens.
R edidit & nobis, animas salvantia sacra,
Quæ rectam monstrant, lucida ad astru viam,
Quæ Latius Predo, toto dimoverat orbe,
Et templi prorsus trusferat è medio,
Quæ varijs tenebris demens involverat, & quæ
Tum confuscarat sordibus innumeris.
Ergo illi major debetur gloria, majus
Nomen, & eximum per loca cuncta decus.
Quod quicunqz negat, nigro est Cacodemone cretus,
Hunc scropha progenuit, progenuit ve lupa.
Hunc Furia stimulant misere Eumenidesqz fatigant,
Et cœcâ Talpa cœcior usqz manet.
Ergo sibi maneat talpa solumqz voret.

ORATIO.



Vm multa sunt & magna, Chariſſima Iuventus Scholaſtica,
DE I T E R Optimi Maximi
beneficia, quibus Chariſſimam
Patriam noſtram GERMANIAM, exornare
dignatus eſt, tūm verò illud longè maximū,
plane ineffabile, & aternā memoriā digniſ-
ſimum eſt, quod ante integrū ſeculū, Majo-
res noſtrōs a Pontificia Idolomania, & erro-
ribus craſſimis, liberauit, ac fulgentiſſimū
Evangelij ſui jubar illis affulgere, & ſplen-
descere, illosq; tum triftiſſimos, & in tenebris
mortis ſedentes, hoc quaſi novo Sole, exhila-
rare paternē voluit. Quām rem ſi non gra-
tā recordatione ſapiuſculē animis noſtris re-
volveremus, & posteris noſtris omnibus mo-
dis & rationibus commendaremus, plane
ad eos eſſemus, in divinum Numen injuriosi,
& detestandū in modum ingrati. Quāma-
cula, ne quoq; in me uno, inter Myſtas ſacros
hic, prater unum, natu maximo, reſideat,

A 2 & con-

Et conficiatur: brevi et simplici Oratione
cula Iuventuti nostrae Scholastica commen-
dare et inculcare volui, præcipua Dei bene-
ficia, quæ ille nobis non solum contrà omni-
um hominum exspectationem clementer per
D. Lutherum exhibuit, sed et toto totius se-
culi decursu, pacatè tranquillè (frementibus
et freudentibus etiam inferni portis) iisdem
uti frui, clementissimè permisit. Si enim po-
pulus Israeliticus jussus est quotannis recolle-
re memoriam Eductionis ex AEGYPTO; Si
Iudaïs mandatum est celebrare liberationem
ex captivitate Babylonica; Si Hammelen-
ses quotannis festum celebrent propter Pue-
ros suos, aliquando à Cacodæmone quodam,
in vastum quoddam antrum abductos, et
rursum præter, imò contra omnium spem, in-
columnes re-versos; Si Magdeburgenses quo-
tannis solenni-festo Deo gratias agunt pro-
pter liberatam eam Urbem ab obsidione et
obsessione infestissima et periculosisima; Si
nos quotannis gratias agimus Deo certo ad
banc

hanc rem destinato festo, propter annibilata
irruptionem & impressionem, quā aliquan-
do interitus & excidium vel ~~parvole~~ de la bujus
urbis fuerunt quasita: Cur non potius grati-
as ageremus, pro liberatione ex tristissimo
Papatu? Quam rem ut Iuventus nostra
Scholastica melius intelligat, diutiusq; sensi-
bus hac imis, quia res non parva, reponat,
non gravabor, Quando, Quomodo, & per
quem Deus hac fecerit, & quanta nobis be-
neficia hac re praestiterit, quomodo item ijs
recte uti debeamus ~~ad~~ exponere. Et quia
hodierna dies alias DIVO MARTINO sacra
est, ut aliquid etiam de Germanico nostro
MARTINO dicatur, jus & fas est. Pueri
Scholastici, hanc horam auscultanda huic
Orationi prompto & parato animo inpen-
dant. Quae ut feliciter, & non sine utilitate
perficere possumus (Hoc Pater) hoc Gnatius
praestet laudatus JESUS. Hoc etiam
praestet, nobile Flamen,

AMEN.

A 3

Nec

Ec hac in re copiose & prolixè agam, sed tantum summa sequens vestigia rerum , progrediar , ubi primò hoc altius animo revolvendum & considerandum vénit : Quod sicut D E U S A N N O Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo ante Nativitatem Christi, Populum suū Israëliticum ex servitute Ægyptiaca per M O S E N servum suum eduxit ita eundem Clementissimum D E U M in Novo Testamento Populum suum in Germania viventem etiam Anno 1517. post Nativitatem filij sui per Doctorem M A R T I N U M L U T H E R U M ex servitute plus quam Ægyptiaca, hoc est Pontificia educere voluisse. Nam sicut P H A R A O Populum Israëliticum gravissima servitute affixit, & miserè pressit : Ita etiam procul dubio significatum fuit, sub Novo Testamento P H A R A O N E M aliquem, hoc est, Pontificem Romanum, Populum D E I miserè pressurum & afflitorum esse. Et sicut Deus per servum suum M O S E N, Populum tūm suum miraculose liberavit : Ita eundem Clementissimum Deum nostro tempore per servum suum L U T H E R U M Populum suum à pressura Pontificiâ & tribulatōne, gravissimâ redempturum esse, ut verificantur duo vultur natura gata proverbia : Quando duplicatur latēres, tunc venit egredien- M O S E S : Item Egrediente natura, ingreditur D E U S ; te D E U S . hoc est, Je grōsser noth / se nāher Gott ; quod quidem sic accidit & evenit. A N N O Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo, L E O Decimus , Pontifex Romanus,

Ingre-
dientur
natura
gata
proverbia : Quando duplicitur latēres, tunc venit
egredien- M O S E S : Item Egrediente natura, ingreditur D E U S ;
te D E U S . hoc est, Je grōsser noth / se nāher Gott ; quod quidem sic
accidit & evenit. A N N O Millesimo Quingentesimo
Decimo Septimo, L E O Decimus , Pontifex Romanus,

ex fa-

ex familia Medicæa Florentinus, pro sua, quam in omnes Christiani Nominis Ecclesiæ se habere putabat, usurpatione Majorum potestate, missis per omnia Regna literis atq; diplomatis, omnium delictorum expiationem, ac salutem æternam pollicitus, interventu pecuniae quam quisq; daret: ad eamq; rem misit Quæstores, ac hujus tanti beneficij Præcones. Æraria passim per omnes provincias constituentes, nec id modò, verum etiam libellis dogma sua defendantes, in Germania præsertim. Hanc verò condonationem Peccatorum, suo quodam vocabulo jam olim recepto nominabant INDULGENTIAS. Ad hæc ovis, lacte, carne, caseo vescendi facultatem vetitis diebus, precio vendebant, affirmantes, quām primum pecunia in Ærarium, istud conjecta, clangorem & sonitum ederet, illicò unicilibet pecuniam istam numeranti, in cœlo peccata sua condonari, & illum exemplò ex Purgatorio liberari. Fuit tūm Wittebergæ, quod est ad ALBIM Oppidum Saxonie, MARTINUS LUTHERUS, Theologus Augustinianus, is concionibus illis & Quæstorum libris excitatus, cum videret vulgò credi, quod illi jaſtabant, cœpit monere homines, agerent prudenter, neq; merces illas tanti compararent, quod enim his rebus impenderent, multò posse collocari melius. Et ad infringendos hos improbos Pontificiorum conatus, disputandi & indagandæ veritatis solùm causa, Vltimo die Octobris Theses promulgabat, numero ad Nonaginta quinq; easq; valvis templi, quod est ad arcem WITTEBERGÆ affigebat, & ad Disputationem invitabat, omnes, qui in medium aliquid adferre vellent, & eos quibus ad esse coram non vacabat ut scripto suam sententiam

tentiam ostenderent, orabat, & protestatus nihil affirmare sed sanctæ Ecclesiæ judicio rem omnem submittere, veruntamen A Q U I N A T I S, & id genus alia scripta non recipere se demonstrat, nisi quando sacris literis, & Hucusq; verba T E Z E L I O innotuit, qui præcipue ad hanc rem conductus erat, & literas Romanas, Ceram, plumbum, pro bonis Denarijs Saxonicas, & aureis, divendebat, incipit in illum vehementer debacchari, & ipsum pro Hæresiarchâ condemnare. Sic impudens ille Indulgentiarius maledicis, & impudicis suis criminibus LUTHERUM ad arma protrudit, & ipsum Davidis fundam arripere, seq; verbo divino defendere, cogit. Et postquam in illum omnes, qui Papatu aliquid esset volebant, propterea insurrexisse, quos inter S Y L V E S T R E P R I E R I A S, & D. E C K H I U S facilè familiam ducebant, contrâ illos scribendo, & coram cum illis disputando, LUTHERUS fortiter sua defendit, & paulatim unum librum post alium typis divulgavit: Inter quos explicatio aliquot Psalmorum, Commentarius in Epistolam ad Galatas, Augustana confessio & Germanica Biblia non immerito primum locum sibi vendicant, & palmam obtinent. Quare plus commodi Ecclesiæ attulit, quam omnes sancti patres, varijs & multiplicibus suis scriptis. Quis enim nobis suis libris veram doctrinam confitendi peccata & ab eis absolvendi, restituit? LUTHERUS. Quis nobis alteram Cœnæ Dominicæ speciem, quam ποιησαντες Pontificij nobis suffurati erant, reddit? LUTHERUS. Quis nobis veram & solidam Catechisandi pueros doctrinam tradidit? LUTHERUS. Quis nobis veram invocandi Deum rationem nem

nem restituit? LUTHERUS. Quis nos artem benè moriendi, quam IMPERATOR FRIDERICUS Tertius, rectè artem artium, & scientiam scientiarum esse dixit, docuit? LUTHERUS. Quis nobis veram doctrinam de lusitificatione hominis Peccatoris coram DEO restituit? LUTHERUS. Quis nos & nostros piissimis & suavissimis Psalmodijs exhilaravit? LUTHERUS. Quis sancti matrimonij usum verum introduxit? LUTHERUS. Quibus & similibus libris lectis, non solum Docti, verum etiam sapientiores Principes & Civitates ad veritatis Evangelicæ agnitionem perducti sunt, & pervenerunt: Inter quos Illustrissimus Saxoniae Dux & Fledor FRIDERICUS singulari cum lætitia hoc tantum beneficium est amplexus, & LUTHERUM contra hostes suos largiter & fortiter pro virili sua fovit & defendit. Incredibile etiam est, quam brevi temporis spatio, Evangelica veritas per LUTHERUM restaurata, non solum in Germania, sed etiam in Gallijs, Dania, Suetia, & alijs mundi partibus innotuerit, & tam à Magistratis, quām à Subditis gratis animis, & obvijs, quod dicitur ulnis, fuerit suscepta. Quam rem merito omnes intelligentes pro summo Miraculo hoc novissimo tempore debent agnoscere. Quis enim fuit LUTHERUS? Homo in mundo contemptus & abiectus. Quibus Parentibus fuit proseminalatus? A Civibus Islebiensibus non admodum splendidæ fortunæ, sed pijs tamen & honestis. Pater enim ipsius fuit, JOHANNES LUTHERUS, qui ex fodinis metallicis, multo labore & sudore, æs argentum, stannum, cuprum & hujusmodi alias res eruit, quo quidem sine dubio indicatum & præsignificatum fuit, Sicut Pater argentum & aurum ex terra vi-

B scribus

sceribus produxit: ita filium M A R T I N U M summos
Thesauros & divitias animatum, ex visceribus sacra-
rum literarum, aliquando producturum, & universo
mundo communicaturum esse. Qui Thesauri, si rem
volumus accurate perpendere, in duabus potissimum
rebus consistunt: In 'Avaŋ̄ēt̄' nimirum τῶν κακῶν, & in
γέρετῶν ἀγαθῶν. Antequam enim LUTHERUS singu-
lari illustratione Spiritus sancti Evangelium mundo re-
stituit, altum fuit de Christo & ipsius merito, passim in
templis silentium: Nomine M A R I E, aliâs Virginis
sanctissimæ, & omni honore dignissimæ, omnes Um-
bonies, omnes Chori, omnes cathedræ, omnia templa,
erant refertissima; Preces hominum non ad D E U M so-
lum, sed etiam ad sanctos mortuos erant directæ. Una
quælibet ferè Civitas, peculiarem suum colebat Dea-
strum; Quatuordecim numero in omnibus necessita-
tibus erant constituti opitulatores: Quando beneficia
spiritualia & corporalia erant petenda, non petebantur
illa solummodo à D E O, sed etiam à M A R I A, & alijs san-
ctis. Contrà expressum Mandatum D E I, quando in
Psalmo 50. inquit: Invoca me in die tribulationis, & e-
ripiam te, & tu glorificabis me: & contra manifestum
mandatum Christi, quando Matth: 4. dicit D O M I N U M
D E U M tuum adorabis, & illi soli servies: Quando pro-
tectione contrà Sathanam, & foelix hujus vitæ exitus à Deo
erat petendus petebantur illa à Virgine M A R I A, unde
vetus. quæ adhuc in Papatu retinetur, precatio.

Maria mater gratia,

Tu nos ab hoste protege,

In hora mortis suscipe.

Et est mihi ad manum peculiaris adhuc libellus ger-
mani-

manicarum cantilenarum olim Dilingæ impressarum,
in quo libello inveniuntur sequentia verba:

Maria Gottes reine Meid/
Laß vns nicht verderben/
Behüt vns hie vor allem Leid/
Und so wir sollen sterben/
Verleih vns Beicht vnd waare Reu/
Hie inn diesem Leben/
Behüt vns vor dem höllischen Feur/
Hilff vns ins ewig Leben.

Et sic actum est etiam in petendis bonis temporalibus, quando latus proventus frugum & similiūm rerum terrenarum fuit petendus. Pontificij in processiōnibus suis, per compita cum crucibus & vexillis prōgredientes, soliti sunt canere :

Lieber Herr Sanct Vollentein/
Behüt vns onseren Flachs/
Gib vns ein seligen Regen/
Dass er weidlich wachs.
So wollen wir dich loben/
In deinem Gottes Hauss.
Vergib vns onsere Sünden/
So gehen wir ledig aus.

Ubi illum Vollentein/ qui fortasse nunquam in rerū naturā fuit, fecerunt D.e u M, & ab ipso petierunt pluviam & largum lini proventum, quæ solus & unicus Deus potest & solet largiri. Pueri in Scholis manè &

vesperi iussi sunt petere protectionem castorum An-
gelorum sequentibus verbis.

*Angeli qui mens es custos, pietate superna,
Me rege, me serua, me protege, meq; gubernas.*

An non hoc est D E O debitum suum honorem eri-
pere, & illum Angelis tribuere? An non hoc est ex An-
gelis D E O s facere? An non hoc est ex Mortali Maria
Omnipotentem D E U M facere? An non hoc est Mariæ
remissionem peccatorum tribuere? quæ soli Christo
competit, quam ille sanctissimo & pretiosissimo suo
sanguine atquisivit? Quin imò ficitur & putativi sancti,
veris, *οὐτοὶ οὐκ γνωσίως* Sanctis, anteferebantur & præ-
ponebantur. Cujus rei D. BRENTIUS, in Præfatione
suarum Pericoparum contra Asotum Monachum, ex-
emplum ponit, dicens: Olim Stucardiæ in templo pi-
etas fuisse duas tabulas, quarum in altera pictus fuerit
D. PAULUS, in altera FRANCISCUS, & sub PAULO scri-
ptum fuisse: *PER HUNC ITUR AD CHRISTUM*; Sub

De illis FRANCISCO autem scriptum fuisse: *SED MAGIS*
vetus est PERISTUM. Nihil hic dicam de varijs Monachorum,
versicul⁹: Ordinibus & collegijs, in quibus semper ex uno in alte-
Nos nu- rum descenderunt, & desilierunt, quod ipsum Ponti-
merus su- ficij sequentibus versiculis deriserunt & exploserunt;

ges consu- Corvus erat, bis Pica fuit, ter fune ligatus,
mere na- Crux quater hunc habuit, manet ut ante fuit.

ti: Item: Ô Mona- Ettamen isti egregij homines, scilicet, sua cuculla-
chi, vestri tā vitā non solum sibi, sed etiam alijs voluerunt pro-
stomachi mereri remissionem peccatorum, salutem & vitam æ-
funt am- ternam, quam tamen solis illis communicaverunt, qui
phora illam satis carè & pretiosè multo auro & argento potu-
Bacchi. erunt

erunt & voluerunt redimere. Cujus rei Clarissimus Vir
ERASMUS Sacerdos Annæmontanus, & de Ecclesia
Dei purè *LUTHERANA* benè meritus, tale exemplum
ad fert in suis Postillis super Evangelia Dominicalia.
DOM: XIX. TRIN. Audivi, inquit *LUTHERA* à Viris
& fide & gravitate dignis, in Dania quendam Mona-
chum Franciscanū fuisse, qui moribundæ Mulierculæ
persuadebat, quod si aureum Cingulum aut argente-
um, auro oblinitum, quod domi habebat, in solarium
Divo *FRANCISCO* consecratum, conferret, se curatu-
rum, ut Mulier ista, æternâ potiretur vitâ, & ne dubita-
ret de vita æterna, promittebat se simul pro certo ar-
rhabone interpositurum, & fidem & animam suam.
Qua promissione facta, Zonam istam pro voluntate ab-
stulit. Quam artem moderni Magistri nostri *LESU*
RITÆ, egregie callent, dum scribitur, ipsos totas Baronias,
totos Comitatus punctione sua subdola & fraudu-
lenta coepisse, & in nassam suam pertraxisse. Ubi hoc
magis culpandum & vituperandum, quod non solum
comissa, sed etiam adhuc committenda peccata, in-
terventu pecuniae, condonarunt, hominesq; ab ijsab-
solverunt. Cujus rei nobilis & Clarissimus Vir D. *JACOBUS KILLINGERUS* Reipub. nostræ *ADVOCATUS*
spectatissimus, & laudatissimus, mihi & collegis
meis honorandis, sequentem tecensuit historiam. Fuit
inquit, magni nominis Nobilis, & Electori Saxonie *Io-*
HANNI FRIDERICO valde carus, *DOMINUS GEORGIVS à RIETHHEIM* in Angelberg. Ille aliquando
propter imperfectum à se sacrificulum, Romam fuit,
profectus pro more & consuetudine illius temporis, ad
expiandum illud peccatum. Cumq; veniam & abso-

lutionem à Pontifice maximo impetrasset, & memor quod domi haberet adhuc aliquem Sacrificulum, cui admodum erat infensus, & metueret, ne aliquando irā victus, hunc quoq; contrucidaret, & propterea ad expiandum illud etiam delictum magnā molestia, & sumptibus non parvis, Romam remeare & redire necesse haberet, id Pontificis Secretario sub indicavit, qui ad ipsum retulit, si tot vel tot dependeret aureos, cum paratam esse illi etiam hujus delicti veniam. Solvit igitur illé dictos aureos, & plenariam futuri, & ad hoc committendi peccati veniam seu indulgentiam impetravit, & literis Pontificijs corroboratam domum secum pertulit. In summa Papatus totus conflatus fuit ex avaritia, & in illo non solum res prophana, sed etiam sacra & spirituales fuerunt venales, unde ipsorum etiam Poëta Mantuanus sic cecinit:

— *Venalia nobis* —

Templa, Sacerdotes, cælum venale, Deus q;

Et Doctor Iohannes Major, Ioachimicus, nostri sculi Poëta Clarissimus & Præstantissimus, de ista execranda Pontificiorum avaritia sic scripsit in egregio suo Carmine, cui titulus, *Triumphus LUTHERI*:

Venditis c^o cælum, quo deinde carere necessè est,

Quod quis vendit enim, post nullo jure tenebit.

Et Iohannes Picus Mirandulanus de Alexandro Sexto Pontifice Romano sic scriptum reliquit:

Vendit Alexander cælos, altaria, Christum,

Emerat ille prius, vendere jure potest.

Johannes Sarisburiensis Episcopus Carnotensis circa annum Domini 1150. ita scripsit de Clericis Romanis.

nis. Quæstum omnem reputant pietatem: Iustificant pro muneribus impium, afflictas gravant conscientias, argento & auro mensas onerant, exultant rebus pessimis; siquidem peccata populi comedunt & eis veltiuntur..

Dicere quid attinet, quam turpia monstra fuerint aliquando summi Pontifices Romani? De quibus typis divulgata est Oratio Clarissimi D. Doctoris IACOBI HERBRANDI, Tbingensis Theologi eximij, in qua ille demonstrat inter omnes septem CLEMENTES Pontifices Romanos, ne unum quidem bonum Virum, sed omnes istos partim Idololatras, partim Homicidas, partim Harpyjas, partim Incantatores & Veneficos, & Incestuosos fuisse: Cum qua HERBRANDI oratione etiam convenit libellus ZEGEDINI de vitis Pontificum Romanorum, Basileæ impressus. Sed à turpibus istis monstris, digrediemur ad LUTHERUM revertentes nostrum: De quo hoc etiam minimè silentio involvendum & subprimendum est, quod non solum in nos contulerit infinita beneficia spiritualia, sed etiam mundana & temporalia.. Nam ante LUTHERUM Magistratus politicus contemptum fuit habitus, & pro statu parum pio à sacris scilicet hominibus fuit agnitus: unde Pontifices, Reges pedibus conculcare, & illis acerbè insultare non erubuerunt. Horum verò audaciam LUTHERUS scriptis suis fortiter repressit, & solidè demonstravit, Magistratum esse in vita genere pio, honesto, & Deo grato atq; accepto, & universos & singulos, ipsis in omnibus rebus licitis debitam obedientiam debere præstare, & ex Psalmo 82. evicit, illos in Deo loco esse collocatos; unde mox major apud subditos

tos plerosq; apparuit & emicuit obedientia. Et si ad-
huc respicimus præsentem Reipubl; formam, depræ-
hendimus apud nos subditos, magna animi Veneratio-
ne suos Magistratus colere, pro eorumq; salute, fortu-
nas, sanguinem & vitam impendere, paratos esse, cum,
vice versa, etiam nrum medio in Papatu; Reges & Magi-
stratus non solum non colantur, sed etiam crudeliter
trucidentur & interficiantur. Id quod in aliquot Gal-
liae Regibus, & quidem Iesuitarum instinctu, factitatum
esse, nemo ire potest inficias; & in Iesuitarum libris le-
gitur, ipsos hujusmodi facinora approbare, & hujus-
modi facinorosos homines in catalogo Sanctoru refer-
re. Scribit namq; Iesuita Mariana, de *REGE*, libro primo,
Cap 7. Ius fasq; esse subditis Reges, Principesq; quib⁹ Viri
graves & eruditi, scilicet Iesuitæ, haereſeos crimē impe-
gerint, quacumq; ratione ē medio tollere. Præscribite-
riam quomodo conficiendum sit venenum, quomodo
vestibus, Chirothecis, Gladiorum capulis, aut etiam
Ephippijs illinendum sit, ut non minus præsens præ-
cepsq; exitium sequatur, quam si ferro urgerentur. Et
Iesuita Cresunel, in suo *Philop*: dicit: Quid interest fer-
ro, aut veneno perimas, cum concessa sit dolo aut frau-
de agendi facultas? Quid dicemus de *SIXTO QUIINTO*,
Pontifice Maximo, penè dixissim Carnifice Maximo,
Is Romæ in Consistorio, in Purpuratorum Senatu, ora-
tionem habuit, quā facinus horrendum, immane & a-
trox (Quo R^ex Galliæ à Monacho venenatā Sicā ex in-
ſidijs est obtruncatus) in cœlum aut etiam supra cœlum
effert, omnibus Heroum ab omni ævo rebus præclare
gestis præfert, tandemq; (Proh scelus, cuius ipsum eti-
am mendacij & homicidij Patrem subpudeat) cum a-
dorando

Dij tales
nostris
terris a-
vertite
pestes.

dorando Incarnationis Christi mysterio confert. Canonicus Windeckh, in suo libro, quo docet, quomodo Lutherani sint delendi & simul suadet illos interficiendos esse, dicit: Singulare Pietatis opus, talis crudelitas. Quis aliquando durantibus comitijs Augustanis in loco publico affixit sequentes Versiculos:

Vtere jure tuo Cæsar, servosq; LUTHERI.

Ense, rotâ, gladio flumine, fune neca..

Quia, nisi Christigenas veros delere paratus

Cæsari crudeli, & furiata mente, Suita?

Quis unquam talia aut similia ex nostro LUTHERO audivit? Quinille omnibus modis & rationibus Magistratum Venerandum, fovendum & defendendum esse constanter docuit, & id scripto contrâ Anabaptistas edito, solidè testatum fecit: quo solo nomine, si profus nihil aliud præstisset, ab omnibus esset magnificendus. Sed sunt ejus in nos beneficia etiam multa alia: Nam germanicæ & maternæ linguae pristinum nitorem suum restituit; sub & cum ipso ducto Philippo Melanthone & alijs studium Ebraicæ, Chaldaicæ & Syriaicæ lingue resuscere coepit; sub ipso Graecæ & Latinæ lingua de novo sunt exculta: & cum ante vix certesimus aut millesimus quisq; aliquid in Hebraicis & graecis liceris calleret, sub ipso, eartum linguarum egregium usum sibi multi compararunt, ita, ut Graeca etiam & Hebraica Catimina scriplerint, ac etiam nūm docte & eruditè scribere possint. Latina lingua, quæ horrenda barbarie erat contaminata (quod ex libro, qui vocatur Discipulus de tempore, & ex Epistolis obscurorum virorum, & libris etiam veterum Iuris consultorum ab-

C undē

undè patet) sub ipso etiam in maximum & purissimum
usum fuit revocata, ita, ut Pueri etiam nostri Latinè lo-
qui purè & expedite noverint. Quod etiam habemus
scholas bene constitutas, id post D E U M LUTHERO cum
primis tribuendum est. Nam LU T H E R U S non fuit
illiteratus Idiota, sicut hostes ipsius autumant; sed in
artibus & linguis fuit versatissimus, & exercitatissimus
unde Anno Millesimo Quingentesimo, octavo, Witte-
bergam vocatus, publicè docere cœpit, initiò Aristote-
lis Logicen & Physicen prælegens; ad quam rem pro-
fectò non vulgaris & trivialis, sed singularis & excellens
eruditio, & summa Ingenij acrimonia requiritur. An-
te ipsum, Scholæ, præsertim triviales, quasi fuerunt va-
stæ & desertæ. Ante illum nullæ erant Grammaticæ,
nullæ Dialeticae & Rhetoricae, ex quibus Juventus ar-
tes dicendi rectè discere potuisset, sed cum ipso, per
PHILIP; MELANTHONEM, & alios, de mortuis qua-
si surrexerunt, & resuscitaræ sunt, Id quod ille suo serio
scripto, Juventutem esse ad scholas adhibendam, à Ma-
gistratibus Majorum & minorum gentium passim per
Germaniam impetravit. Et quod nos in hac urbe ha-
bemus plium *Pandæmum*, scholam in qua lingua Latina
& Græca cum artibus dicendi, fideliter traduntur, id
post D E U M, ut solidum LU T H E R O asscribendum est.
Quis igitur non hunc Virum longè faceret maximi?
Quis non eum veneraretur? Quis non, illum singula-
re donum D E I & totius Germaniæ singulare Orna-
mentum esse perhiberet? Ad quam rem nos etiam id
permovere debet, quod ille Singulari D E I Spiritu fuit
prædictus. Habuit enim Spiritum FORTITUDINIS,
dum solus contrâ omnes adversarios pugnavit; dum
Iras,

Iras, indignationes & comminationes Cæsaris, Papæ & omnium Principum Romanæ Ecclesiæ additorum, audacter subiit: viriliter & fortiter toleravit, sustinuit, vicit. Quod vel inde patet. Nam cum in Comitijs Wormaciensibus, ubi Cæsar & omnes ordines Imperij erant congregati, deberet comparere, & Amici ejus id ipsi tanquam periculosisimum dissuaderent, ille intrepidè dixit, se in hanc urbem ingressurū esse, etiam si noverit, tot Diabolos in urbe esse, quod tegulæ sint in omnibus & singulis per urbem domuum tectis, stratae. Habuit etiam Spiritum HUMILITATIS. Nam licet fuerit excellenterissimus Theologiæ Doctor, tamen instar pueri alicujus singulis diebus Decalogum, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, & alia Pietatis capita, manè & vesperi articulatim solitus fuit recitare. Cum aliquando in visitatione interrogasset Rusticellum quempiam: Quid sit omnipotentia divina & Rusticellus ille respondisset Saxonice. Dat weth ic h' nefh: ille subjunxit Mein liebes Bäuerlein / das h' weth ic h' auch nicht/ ingenuè confessus, explicationem omnipotentiae divinæ suum & omnem omnium hominum captum & intellectum excedere & superare; Habuit etiam Spiritum PRECA TIONIS, quia in illa fuit ardentissimus & devotissimus, quod de illo singulariter testatus est VITUS THEODORICUS, Ecclesiastes Noribergensis, qui ipsum aliquando audivit orantem: Habuit etiam Spiritum PROPHETICUM (licet ida fese removerit) dum prædixit, post suam mortem, non solum Theologos, sed etiam Iurisconsultos & Medicos, suam sinceriores doctrinam de persona Christi, & coena illius sanctissima, impugnaturos esse, id quod eventu plus.

quam satis comprobatum est: Prædixit etiam varias calamitates Germaniæ invasuras quas (proh dolor) & sensimus, & sentim⁹ adhuc dolenter. Habuit eti⁹ Spiritum Autœphicas: dum sua sorte, victu & amictu fuit contentus, & de acquirendis & cumulandis divitijs minimè fuit follicitus. Quare omne genus avaritiae, utpote usurarū, ἀγαρκησμάτων, & similia, ex animo est detestatus. Quod acerrimo suo contra usuraras scripto manifestum fecit. Et cum aliquando contra easdem in publica Concione graviter esset inventus, & hoc aliquem Usurarum, male haberet, & in Lutheri januam cretā perscriptisset: Wer sagtdaß Wucher sind sey / der hat kein Geld das glaub frey: E U T H E R I S contra manu sua infrā scripsit: Wer sagtdaß Wucher kein sind sey: der hat kein Gott das glaub frey. De quibus & similibus plura in medium adserere non licet, quia tempus dudum est elapsum, & de LUTHERO disertissimus quisq; dicere cogitur;

*Non mihi si centum lingua sint, oraq; centum,
Omnia dinumerare queam benefacta Lutheri.*

Et firmā memoria retinendum est Iuventuti Scholasticae, præclarum & planè prægnans de LUTHERO à Maximo Viro, factum hoc distichon:

*J A P E R I de gente prior, majorve LUTHERO
Nemo fuit, sed nec postea talis erit.*

Addang etiam Iuvenes Anagrammatismum istum ex Verbis: MARTINUS LUTHERUS ISLEBIENSIS, qui talis est: E N T E R T I U S H E L I A S S U B L I M I S R U E N S. Quæ omnianos excitant ad præstandam Deo et Optimo Maximō pro exhibitis his summis & multiplicibus beneficijs, & declarandam debitam animi gratitudinem;

tudinem: Hæc nos excitent ad ardentissimum propaga-
gandi & transmittendi ad posteros hæc beneficia studi-
um: Hæc nos excitent, ad ferventissimum precandi a-
morem, ut Deus resistat omnibus illorum molitioni-
bus & machinationibus, qui nos hisce tantis bonis spo-
liare & privare satagunt: Hæc nos excitent, ad ornanda
hæc tanta beneficia vitâ pia, modestâ & inculpatâ: Hæc
nos excitent ad scripta Doctoris LUTHERI diligentissi-
mè legenda: Hæc nos excitent ad fovendam mutuam
dilectionem & concordiam ut opus dypudiorum subinde De-
us in vocemus ut præclaram suam in nobis *ad genitum*
in gratia Spiritus sancti sui conservare non digne-
tur: Hæc nos excitent, ut fideliter obtemperemus ver-
bis LUTHERI, quando dixit: Impleat vos Dominus a-
mores Christi & odio Papæ, & quando dixit: Nisi ex a-
nimô & toto pectore Papam oderitis, salvi fieri non po-
teritis. Hæc Scholasticis serviant, ut collegia Pontifici-
orum & fermentum Esauitarum pharisaicum, summo
studio, & plusquam nocentissimum venenum defugi-
ant, ne ab illis seducantur, & turpissimis erroribus in-
volvantur Multò lubentius etiam tolerent paupertati-
tem apud Lutheranos, quam divitias sectentur apud
Pontificios, & abnegatione S. S. Evangelij ad dignita-
tes pervenire & magnas hujus mundi opes cupiant im-
petrare. Quid prodest enim, inquit Christus, homini,
si totum mundum lucretur, & animæ suæ jacturam fa-
ciat? Et amor rerum terrenarum, fiscus sit spiritualium
pennarum, inquit D. Augustinus. Et quæ malè ces-
serit res Apostatis illis qui Gloriæ, opum, & dignitatum
gratia ab Evangelio ad Papatum defecerunt, id multis
constat & probatum est Exemplis. Et id etiam moder-

ni nostri Apostolorum non sine summo suo & infinito malo, nisi mature resipiscant, aliquando experientur. Quin, etiam si gravissimae sint sustinenda persecutiones cum ammissione carissimae vitae, & omnium fortunarum conjunctae, propter Evangelium Christi, animos eum LUTHERO canamus: Nemus sie vns den Leib/Guf/Ehr/Kind vnd Weib/las fahren dahin/sie habens kein gewin/das Reich Gottes muß vns doch bleiben. Item: Das zeitlich muß verschwinden/das ewig Guf macht rechte musth/darbey ich bleib/wag Guf vnd Leib / Gott helfs mir überwinden / Maxima cura vitent etiam Scholastici, prava sodalitia & consortia. Nam ut Paulus inquit ex Menandro: Φέργοντι χρῆσθ' ἐμπλικα κανού. Summo studio vitent etiam commissationes & compotationes & conventicula amatoria: Nam vinum ut Seneca inquit, est mors memoriae. Et Deus apud Oream dicit: Vinum & scortatio aferunt Cor. Summò potius & accuratissimo studio faciant singuli suum officium, nec unquam otiosi reperiatur. Nam otium pulvinar Sathanæ, & Poëta gravissime inquit:

*In scelus horribili rapitur deforme ruinâ,
Otia securo pectore quisquis agit.*

Vitent etiam omnem in moribus & vestitu sive luxum sive superbiam, quod nonnullos jam facere videmus cum magnis suis & densatis ac crispatis collaribus, acuminatis pileis & similibus rebus? De qua re Claudianus inquit: Inquinat egregios adjuncta superbia mores, Et Deus superbis resistit, inquit scriptura, ubi græcus textus habet αὐλυμονη significans, Deus um Schlacht resistere omnibus conatibus, studijs, dictis ac factis, atq; ordnung laboribus superborum, & illos infelices tandem miseras

Gozz stellt ein
Schlacht wider sie
an.

rabilis & deploratos abire & manere. Plura non addimus sed tibi Omnipotens, sapientissime & Beneficentissime Deus, Pater, Fili & Spiritus sancte, tibi dicimus gratias immortales, & quas mente concipere possumus longè maximas pro omnibus per Organum tuum LUTHERUM nobis præstitis beneficijs, & supplices oramus, ut illa nobis diurna, & usq; ad finem mundi durantia esse sinas & reveles, infringas & evertas omnia illorum crudelia & sanguinaria consilia, qui quovis modo hæc tanta beneficia eripere nobis conantur, ex animo & toto pectore cum summo & incomparabili viro & verè Phœnicio Germaniae D. Ph:

Melanthonem cantil-
lantes.

*Vespera jam venit, nobiscum Christemaneto,
Extingui lucem nec patiare tuam.*

Hoc est nostra lingua.

Ach bleib bey uns HERR JESU CHRIST.
Weile es jetzt Abend worden ist.
Dein wort O HERR das waare Licht.
Lass ja bey uns aufzleschen nicht.

A M E N, A M E N, A M E N,
O JESU C H R I S T
A M E N &c.

F I N I S.